

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XXV. Effectus divinæ & fruitivæ Vnionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

CAPUT XXV.

Effectus divinae & fructuosa Unionis.

S. I.

Legend. ARCANAE hæc & mystica Unio (ut in superioribus ostendimus) Sapientia divinissima tam
Trad. S. Dionysio Theologorum Princeps, quam ab
Theologo de unione aliis Mytificis noncupatur. Hoc autem Sapientie
anima cum Deo, dono multiplex in Scriptura fructus adscribitur,
quest. 12. Et ut interior alios prætermittat, de quibus pas-
sim frequem mentio in Scripturis sacris inventa-
tur, illud planè ceteros excedit, quod sublime hoc
art. 1. & 3. Sapientie donum, omnium bonorum thesaurum
nostrum. Lu-
cum proferat, de quo præclare Sap. 7. Venerantur
dovici à
vina Sapientia (de qua sermonem instituimus) sit
et supra amplexus & degustatio summi boni, nempe p-
laudatus, suis DEI; non mirum si degustans DEUM, u-
Balduf.
Com- berturnum omnium bonorum fontem, ab ipso o-
ment. in monia bona veluti rivuli à fonte in animam deci-
ventur.

Oportet autem istum bonorum omnium cu-
mulum speciatim recensere, ut hujus unionis mul-
tiplex effectus clarus cognoscatur. Non defundit
7. & ab eo ibid. Scriptura facta quamplurima testimonia, ex quin-
citat. n. bus perspicue hos licet divinae Sapientiae collige-
re fructus. S. Paulus Apostolus ad Galat. 5. Spiri-
tus sancti fructus (spiritus inquam sancti animæ
uniti, tamque delicioissime decoleculi) enum-
erat, dicens: Fructus autem spiritus sunt, charitas,
gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, beni-
nitas, fides, mansuetudo, modestia, continentia & ca-
ritas. Hi autem fructus dicuntur: ut optimè adver-
tit D. Bonaventura, p. Centiloquij cap. 46.) Affi-
ctus delectationes circa bonitatem spongi de-
gustandam. Ex mente vero D. Thomæ 1. 2. quest.
70. art. 3. important opimam mentis ordinatio-
nem & dispositionem circa fruitionem bono-
rum, & fugam sine cessatione malorum. Primo
autem loco ponitur charitas, in qua specialiter
Spiritus sanctus datur, sicut in propria similitudi-
ne, ne wpe in charitate ipsa, qui denotat amorem;
vel in seipso, cum Spiritus sanctus purissimis ju-
storum membris per unitum amoris ampli-
sum se manifestat.

In utroque sensu locutus est Paulus ad Rom. 5.
Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spir-
itum sanctum, qui datus est nobis. Ad amorem autem
charitatis ardenterissimum ex necessitate sequitur
gaudium: omnis enim amans gaudet: ex conjunc-
tione amati, & quod major conjunctio, maius
pari gaudium; unde realis & arctissima sponsio
cum sponso conjunctio sine unio, summum gau-
dium efficit. Amorem vero gaudie ingenitum
cum consequtitur pax & quietes in amato,
longanimitas, aliquis fructus, qui omnes justi-
rum mentes, qui hac divina fruuntur unione, mi-
rifici ornant & perficiunt.

Præterea Ilias ubertum tempore adventus
Christi futuram divinorum charismatum afflu-
tiam à longè propiciens, multis in locis hujus in-
effabilis cum DEO unionis varios exponit effec-
tus. Cap. 35. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli,
& Saron: ipsi vidubus gloriam Domini, & deco-
rem DEI nostri. Et infra: Tunc aperientur oculi caco-
rum, & aures surdorum patebant; tunc salset, sicut
cerus, claudus; & aperta erit lingua mutorum; quia
scissi sunt in deserto aqua, & terrentes in solitudine.

Et quæ cras arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes
aquarum, in cubilibus, in quibus prius acones habita-
bant, orietur viror calami & junci, & erit ibi semita
& via, & via sancta vocabitur, &c.

Et post pauca: Non erit ibi leo, & mala bestia non
ascendet per eam. Et venient in Sion in laude, & lati-
tia sempiterna super caput eorum, gaudium & lati-
tiam obtinebunt.

Idem Ilias cap. 58. Et requiem tibi dabit Domi-
nus semper, & impletis splendoribus animam tuam, &
eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius
non deficit aqua. Et pacis in te iectis: Et sustol-
lam te super altitudines terre, & cibabo te hereditate
Jacob patris tui.

Demum idem cap. 65. Ego, creo celos novos, &
terram novam, & non erunt in memoria priora. Et
cap. 60. Et possum, inquit, visitationem tuam pacem,
& propostos tuos iustitiam. Non audierit ultra mis-
erias in terra tua, & vestitas & contritus in terram tu-
am, & occupabit salu[m] muros tuos, & portas tuas lau-
datio. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem,
neq[ue] splendor Luna illuminabit te; sed eris tibi Dominus
in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.
Non occidet ultra Sol tuus, & Luna tua non minde-
tur, quia eris tibi Dominus in lucem sempiternam, &c.

Hæc tenus Ilias.

Revera, si sublimi mentis intuitu predicta Isa-
ia verba considerentur, in his præalentibus via sta-
tus floridissimos ac jucundissimos non nullum
diffiniti, & certe felicitati aptè describuntur.
Quid enim tam proprium est veræ beatitudini,
quam tranquillitas iugis, gaudium sempiternum,
inxigibile lumen, omnis mali carentia, ac bo-
norum omnium affl. entia & cumulos. Hoc igitur
ipsius patitissimis iuliorum animabus, quan-
do etiam in hac vita ad sublimem hanc pervene-
rint cum DEO unionem, fe[bus] promitti. Descen-
damus igitur in hos irriguos horos, & speciatim
hos fructus, five effectus suavissimos colligamus,

Omnes vero congrue edici possunt ad de-
cem seq. entes. Primus est. Immenſa serena anima
unions DEO unita gratia & pulchritudo. Secundus, Lu-
sis virtutis splendor. Tertius, Charitatis ardor. fructus
Quartus, Inſperatus ſuavitatis. Quintus, Pax exape-
tans omnem ſenſum. Sextus, Virtutum omnium orna-
tus. Septimus, Vera Christi unitas. Octavus, Re-
rum humanaſum contempns. Nonnulla perfecta man-
darum DEI: & Eccl[esi]a adimplatio. Decimus, Mi-
rabilis corporis transmutatio.

Primus Unionis effectus, Immenſa anima Deo
unita pulchritudo.

S. 2.

Hoc igitur inter alia præcipuum est, quod hec
Unio in istis efficit, quod eorum animas
summo graui decore & pulchritudine afficit, ita
ut deinceps non solum pulchritudo, sed & pulchritu-
m sponsi ore nunc upentur. Cant. 1. O pulcherri-
ma mulierum ab eodem sponso vocatur; quod
non obſcarē illi Ilias verbis cap. 55. Gloria Liba-
ni data est ei, & decor Carmeli, denotatur, in quibus
speciem & decorum animæ, montibus Libani &
Carmeli idè comparat, quia illi montes specio-
fissimi, pulcherrimi ac delicioſissimi erant inter a-
lios. Hoc quidem alia velut i dieendi pharali cap. 58
Ilias expressit, dicens: Et eris quasi hortus irriguus.
Magna laus est hortorum amoenitas & jucundi-
tas; quare DEUS animam ad tantam felicitatem

Ff. 4

cyc-

evectionem, non immoritò cum irriguo horto comparat, cui jugis aqua sive ros coelesius deesse non solent.

Præterea, quanta sit animæ ad tantam gloriam sublimata gracia & pulchritudo, ex eo facilè concipi potest, quod DEUS eam spirituali sibi connubio junxit, sponsamque dicaverit. Hanc sapè DEUS ita alloquitur: Tu es filia mea dilecta. Tu sponsa mea, in qua mihi bene complacui. Aliquando vero (non tamen sine divina revelatione) anima ad hunc pertingens statum, non solum de sua acceptatione sive gratia redditur certa, ita ut aliquando similia verba audire mereatur. Sufficit tibi gratia mea; sed etiam de speciali DEI protectione, sive in gratia confirmatione, (ut Apostolis contigit,) redditur secura.

Hanc deinde miram gratiam plenitudinem solent alia dona sive Spiritus sancti charismata comitari, qualia sunt ea quae Apostolus 1. Cor. 12. enumera, dicens: Alius per Spiritum datur sermo sapientie; ali⁹ autem sermo scientia secundum eundem Spiritum; ali⁹ gratia sanitatum, ali⁹ operatio virtutum, ali⁹ propheta, ali⁹ discursus spirituum, ali⁹ genera linguarum, ali⁹ interpretatio sermonum. Nam cùm gratia gratis data p̄cipue in eum finem à DEO infundantur, ut homo alius cooperetur, eosque ad DEUM deducat; hujusmodi autem purissimæ mentes non solum in propriam, sed etiam in communem Ecclesiæ utilitatem eligantur à DEO; convenientis quidem videtur eas similibus donis agnitis à DEO condecorari.

Præterea, duplice de causa (ut auctor est D. Thomas 1.2. quaest. 112. art. 5.) solet DEUS aliquibus certitudinem suæ gratiae revelare. Prima, ut securitatis gaudium etiam in hac vita in eis incipiat. Secunda, ut confidenciam & fortitatem magnifica opera prosequantur, & mala priæstantis vita sustineant. Quare cùm purissimæ istorum animæ sapientia DEO ad magnorum opereum prosecutionem destinantur, ne tantorum operum difficultate succumbere contingat, non sine divino consilio de sua acceptatione & perseverantia in bono reddendum secutæ.

Hanc gratiam abundantiam & plenitudinem illis etiam verbis cap. 35. expressi: Ieremia 8. iffa, inquit, sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Quasi dicas, cataraæ ac celi, id est, divinorum influentiarum, aperte sunt, & pluviilud divinum manna super eas, quæ hanc etiam DEO ac canam conjunctionem degustant.

Denotatur præterea non oblitus ab eodem Ieremia cap. 58. ita etiam in bono confirmatione, quam solet ianctissimus, rarissimi tamen, viris DEUS elegiri. Eris, inquit, sicut fons aquarum, cuius non deficit aqua (aque inquam gratia, sanant & alevant in vitam æternam.) Et illis etiam verbis cap. 60. Et non occides ultra Saltum, quia eris tibi Dominus in lucem sempiternam.

Secundus effectus, Splendor lucis.

§. 3.

Præcipuum inter alios hujus Unionis effectus locum sibi vindicat sublimis & perfecta divinorum sive mysteriorum fidei cognitio, ac ipsius DEI petrifex clarusque (quantum in hac vita permittitur) intuitus. Videbunt, inquit Ieremia c. 55 gloriam Domini, & decorum DEI nostri. Quæ quidem visio, licet non sit omnino intuitiva, est ta-

men proxima valdeque vicina Beatorum visionis manifestat enim seipsum DEUS in hac unione homini mortali, quantum fas est in hac vita; quod quamvis DEUM sicut est non videat, videt tamen id quod est, ut ex D. Bernardo superius tradidimus.

Hanc præterea lucis divinis ubertatem & splendorem aperitis verbis idem Ieremia cap. 58. significavit, dicens: Et impletis splendoribus auras tuas. De hac divinitus infinita luce optimè Macarius Homilia 8. Interdum lumen ipsum cor illustrat, aperit interius & profundius ac latens lumen, ita ut totus homo absorbus ab illa suavitate & contemplatione, non sit ultra sui compassus, sed sit tamquam fulvis & barbars huic mundo, propter immensam dulcedinem ac suavitatem, atque recondita mysteria, tunc tempori homo liber pervenias ad perfictum gradum, siue purus & immunis a peccato.

Hanc etiam lucis plenitudinem commendat Ieremia cap. 60. domus inquit: Non eris tibi amplius Sol ad lucendum per diem, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Quasi denotet, animas ad tantam cum DEO unionem evectas, ab ipso immediate fore deinceps edocendas, ita ut amplius exteriori magistrorum doctrina non egeant, ipse enim Spiritus divinus suaunctione docet illas omnem veritatem, quod dem Propheta anteprædicterat cap. 54. Et erunt homines doctibiles DEI. Ipse enim DEUS est qui doceat de omnibus, & spirituales mysticosque sensus animæ sibi unitæ aperi, cœberim, vel etiam indefiniter eam visitat, adstringit, osculatur, illustrat, accedit, penetrat, & implet. Nam cum talis anima sit speculo jam clarum sine macula divino Sol convenienter objectum substratumque, ipse Sol iustitia non celat affluit & illicidia gratia, radios sapientie, & charitatis scelos illas in eum diffundere. Valde quidem sublimiter arque mirabiliter DEUS se nonnumquam animæ perfectæ revelat arque manifestat; nondum iam le ostendit sicuti est in tua ineffabili gloria, sed sicut in hac vita videri potest.

Magna præterea mysteriorum fidei penetrazione ac certitudine hujusmodi animæ prædictæ sunt, quia lumine æternæ veritatis desuper illuminantur; quare si omnes mundi sapientes homines duxerint mysticam unionem experio dicere: enī, Fallitur mihi, fides tua non est vera. ipse indubit. Et responderet: Imō vero vos oportet fallimini, nam fides mea verissima certissimaque est. Hoc firmiter responderet, habens in corde suo, non tam per investigationem rationis, quam per unionem amoris, infallibile fundamentum. Melius sane talis divinitas em cognoscit, quam cognoscant plerique eruditæ Magistri, qui in Sancta Scriptura & in secretum Regis æterni cibiculum nondum admissi, nondum lumine gratia excellenter illustrati sunt. DEI virtute divinarum Scripturarum tensus aperte, gloriosum Evangeliorum donar. Ipse ergo veram sapientiam ex influentia Spiritus sancti magis quam ex multorum librorum lectione acquirent, clare videt & in elligit, quid sibi vel alii agent, quidque dimittendim sit.

Quamvis vero ipsi nobisissimi spiritus divino lumine copiosè illustrentur, in quo clare cognoscunt quid agere, & quid dimittere debeant; libenter tamen propter DEUM alii se submittunt, ut ab eis aliquid addiscant; libenter omnibus secundum DEUM obtemperant, libenter in finum locum ubique tenent, neque propter dona

ba-

nobilissima, quæ accipiunt, extolluntur; quia in nihilum suum se profundissime demergunt.

Præterea, hac veritate, quæ DEUS ipse est, animalia loffra, ut præclaræ quidam de votis Auctor philosophatur, omnium cernit creatutum labentium vilitatem & nihilum, agnoscitque vilia ut vilia, & pretiosa ut pretiosa. Vider inquam in hoc lumine, quæm viles & nihil sunt omnes res terrene, quantumque illarum amor sibi adferat detrimentum. Unde jam ab illis fibi ulterius imponi non sufficeret, tamet plures alio. eas insequi videat & perinde ac si quis veneno ciborum infectum nosset, licet multi ex illo ederent, dicerentque ei, Comede, quia cibus bonus est; ille nihilominus abstinet, & dicere: Venenum est in cibo, ideo que non possum inde sumere; vos autem planè stolidi ellis, dum inde editis, quandoquidem certa vos mors manet. Similiter, si quis turrit cerneret jam jamque ruituram, quantumlibet in invitatur ab aliis ad ingressum, dicentibus ut securus in ea moratur, quando & ipsi idem facerent; si quis illi sensus esset, non utique intrareret, sed illos potius intrideret.

Hoc igitur lumine quisquis perfusus est & regitur, non modò terrena non diligit, sed etiam odio ea & contemptu habebit, tamquam mortem inferentia. Enimvero animam veneno inficiunt, cumque certo certius ruitura sint, animam secum trahunt in præcipuum mortis æternæ. Quod est aliquo in casu terrena hæc utilia ipsi fore, aut comodum temporalis allatura videantur, isto tamen lumine illis renonciare docetur, eò quod lucra potiora sectetur. Quomodo si quis Imperatori prædiolum, licet non contemendum, sexaginta libris venale offerat, quod aliquo septuaginta vendi possit, contemnetur ut que ab Imperatore, refusa ex quo hic audire tam frivola offerten, quandoquidem integra is oppida castraque merca i potius studet, estque rebus & negotiis potioribus intentus. Sic anima cœlestibus lucris inhibens & occupata, terrenis & temporalibus emblematis dedicatur animatu apponere.

In hoc præterea lumine cunctatum animæ virtutum perfecio confertur à DEO. Quid est enim aliud humilitas, nisi quoddam lumen veritatis? Quid charitas, quid patientia, quid obediencia, quid virtutes ceteræ, nisi quædam sunt lumina veritatis? Dirigitur ergo anima isto lumine ad ipsorum virtutum vim & efficaciam discernendam, earumque exercitii amplectenda, atque per hoc ad ipsas virtutes perfecio apprehendendas polliendasque. Unde si cuiquam hoc illustrato lumine, vel centum totius orbis elegansissimæ feminæ proponerentur, mox eas fastidiret, nec vel brevissimo temporis puncto ad luxuriam moveretur. Idemque gulam non solum respuit, sed & cum tardio ingenti magno cruciatus dulcic ac delicata cibaria, si sibi apponenterentur, perciperet. Eodem modo ex hujus operatione luminis alia omnia abhorret virtus, eorum malitia considerata.

Et ut breviter dicam, dirigitur per hoc lumen in singulis quibusque rebus & operibus particularibus, quandoquidem illustratus ab ipso, quo repletus est, ad considerandum in cunctis sibi occurrentibus honorem & voluntatem DEI. Cum enim hunc tolim diligat, ejus honorem & voluntatem querit, spectat, & intendit in omnibus, exemplo JESU Christi, qui tempore passionis hac duo studiosissime obseruavit, nobisque imitanda reliquit. Inclinando etenim lese in oratio-

ne, instar pauperis coquidam hominacionis, honoravit Patrem; dicendoque, Non mea sed tua voluntas fiat, ejusdem quasi vir voluntatem. Sic igitur anima per hoc lumen, exemplum sequitur Christi Domini sui, ut si id quod occurrit, cum honore & voluntate DEI consentiar, prompto illud animo exequatur: si vero alteri horum leu utrique sentiat esse adversum, respiciat ac detestetur, nec proequaliter aut pro cuiusquam gratia illud admittat, faciatve. Hac de causa à verbis otiosis, pravis cogitationibus, & vitiis atque peccatis omnibus cavit sibi pro viribus, cum sciat illa omnia divino honoraci voluntati esse contraria, ut per hoc lumen perfectius edocetur.

Deinde, ubi in hac Via anima bene effusa facta & robota a est, non intercipitur nec impeditur illi hoc lumen proprie occupationes alias bonas interdum occurrentes, ut est cura regiminis animalium, sollicitudo concionandi, aut proximis quippe vel obsequi vel beneficij impendendi. Ut enim aliquis certens murum aliquanto spatio à se distantem, uno oculorum aspectu tam murum ipsum, quam quæque interposita media inveniatur; sic anima hoc illustrata lumine, & DEUM simul, & omnia propter DEUM agenda videt. Neque tamen propriæ recedit à via jam cepta, tametsi contemplatio interdum DEI causis intermititur.

In hoc etiam lumine cognoscit anima vilitatis suæ veritatem; quæque vicinius DEO conjungitur, tanq; le viliorum center, quia sece clavis conspicit quid sit, quidque habeat à seipso. Et quia nihil sibi teletur neque appropiat de omnibus recipi à DEO, vel de bonis que ex eius munere facit, sed omnia illi fert accepta à quo habet, cunctaque, quæ accipit ab ejus benignitate, sine suis metis sibi collata novit; ideo non extollit, ne propter ingratitudinem donis DEI privetur. Inq; Dominus ipse nihil eum futuri vel usurpare sibi temere animadvertis, sed omnia in se refundere, ubertum in ea colloca, thelauros suos: multoq; ei plura lagitur quam vel perat ipsa, vel desideret. Hæc vero omnia consequitur anima ex hac expiropriatione & abnegatione sui. Enimvero pestiferis exclusis ac profligatis cupiditatibus, ambitionibus, inordinatis affectibus, propriis voluntatibus, atque universis demum creatis amoris mediis, quæ animam obscuram reddunt & obsecrant, mox divina lux ingreditur, illustrans, replens & docens eam de omnibus. Neque tamen ex hac sui expiropriatione dictam dumtaxat luminis ac veritatis gratiam anima consequitur, sed etiam gratiam stabilitatis & pacis; & tunc revera eam DEUS inhabitat, qui nusquam habitare dignatur, nisi in tabernaculo patet.

Unde jam talis anima, in afflictionibus, damnis, iniuriis & pressoris quibuscumque tranquillam servat patientiam, manetque stabilis & fortis in DEO, in quem se ex toto projicit, & in quo manet, sicut & ipsi in ezechiel etiam se totum commisit, ipsiusque se voluntati conformat in omnibus. Ideoque animadvertis adversa, queque ex mera DEI voluntate accidere, consenit eidem, & non patienter modo, verum etiam libenter sustinet universa. Unde sit, ut verba injuria, damnatio temporalia, imo nec rotus eam contingat mundus, cum non possint ista perrigere si que ad DEUM, in quo anima suam constitutus hereditatem, nec est colligata amplius terrenis rebus &

cu.

cupiditatibus, ideoque jam non illuc eam reperiunt, ubi esse consueverat: haud fecis, quām si me quispiam inquirens, loca serutare ut omnia, in quibus ante esse solitus fui, adeoque vel mundum universum, eo dumtaxat in quo nunc etsi loco excepto; me utique minime reperire: & sicut domus, dum absente & ignorantie domino ignibus confusa grāet, dolorem non infert domino: sic qui temporalia per amorem non adspicit, dannatur etiam que illorum ducit pro nihil. Vigorem nihilominus cōburque accipit per exemplum Christi in ea commorantis, qui tota tantaque pro ipso perpetuus est, ut hac mente revolvens dissimilare non possit, quin fortiter amore inardelat reciprocō, cupiatque ipsi conformari, gaudeatque in cruce & afflictionibus, ita ut de nullo evenitu amplius vel latetur vel turbetur inordinate. Hinc etiam consequitur anima stabilitatem sensuum sui corporis. Postquam enim propter amorem Creatoris, omnium à se rerum creatarum abiecit amorem, non vagatur neque discurrit amplius sensibus suis per eadē, sed eis fixum impicit, & DEO commendat, stabili fide & amore fixa in eo, dicens cū ab oratione recedit: Domine ienes me ligatum tecum, tegeque sensus meos, nec permitas me vagari extra te.

Et ut anima im dicam, adipiscitur anima ex hac abnegatione & expropriatione sui tam liberum sui corporis dominium, tantumque inter carnem & spiritum pacem & concordiam, ut demeptis non à se invicem dissentiant, sed caro proprie subiecti spiritui, sequens illum in omnibus quacumque exercete velit, tam in rigore abstinentia & vigilis, quām laboribus & molestiis quibuscumque. Cū enim recordatur corpus sive sensualis homo, anima docente, sub quantis pressū & angustiis sudare confuevit propter cupiditatem, avaritiam, ambitionem, & propriam voluntatem sine impatiētiam suam, jācetque in magna se pace cernit constitutum, libens amplectiur quoicumque labores penitentes, tanum ut liberetur a pristinis laboribus suis intructuosis, imò & damnositis, magisque cruciantibus: sicut si quis certus esset pro centum denariis mille se recepturum aurum pondera, non utique grave illi fore centum dare denarios, imò libenter exponeat ducentos: ita corpus pro ingenti ducit lucro labore omnes spiritui necessarios, adē ut hilariter siēt etiam spiritum antevertere & praecurrere conetur.

Tertius effectus, Ardor amoris.

S. 4.

IMMENTE (ut ita dicam) claritati, qua intellectiva potestia DEUM ibi præsentem ac unitum contemplatur, succedit ardentissimus ac incomprehensibilis amor, totum anima regnum, nempe potentiam superiorum & inferiorum, vigorosè perfluens, secundum capacitatē & exigentiam uniuscujuscumque: facit enim animam ardore suo liquefcere, ac in amorem divinum, qui sine mensura est, transformari; solus amor est mediū, quo anima divino complexu DEO sociatur, conjungitur, adhæret, ac velut divino copulatur matrimonio. Magna quidem est vis & violentia amoris, qua ad tantam dignitatem & celitudinem anima passionum mole gravata attollitur, ut unus spiritus cum DEO fiat, ac tota defacata, in DE-

UMque transformata, DEI proprietates similitudinemque particeps: Non quidem obscurè mutabilem hanc in BEUM per amorem transformationem expressi Iesaias illis verbis: *Et implabit eam splendoribus*. Denotat autem *splendor* non solum lucem, sed & gloriam, ardorem, quo anima veluti splendidissimo ac ardissimo divini ignis penetrata, ita in DEUM, non aliter ac lignum in ignem, convertitur ac transformatur.

Ex hoc ubetrim amoris fonte ostitur in anima. Ad immensum quasi desiderium videndi meliusq[ue] tam sponsi faciem: unde quasi tutior solitaria à lepi, hoja & deficiens, penē i quæfacta & exanimata superim, denūlū manifestat delictarum & divitiarum gloria DEI in amorem, deficit & anxiatur p[ro]x[imo] radio presentis virtutis, & egregie S. Basilius sequentibus verbis docet in Re. *Querulus fufius disputationis, Interrogatione 2.* Ea, inquit, possumus Domini pulchritudo, si quando Sanctorum virorum tur, quempiam circumfūsit, intolerabiliem eorum in amorem desiderium acutum reliquit, quæque, cū vehementer eos via huic tederet, in voces illas irumpere soliti essent: Heu multa quia incolans meus pro orangatus est, &. Quādo veniam, & apparebo ante faciem DEI, & Disolvi & esse cum Christo onus melius est, &. Sitivit anima mea ad DEUM fontem vivum, &. Nunc dimittit servum tuum Domine. *Vehementer enim vitam hanc, velut iterum quemdam carcera abhorribat, usque ad difficultates ad cohendendum animo os erant illi, querunt mentes DEI amorem perfirinxerat.* Cū enim inexplicabiliter divina pulchritudinē cupiditate flagrarent, illud exoptabant, ut aquata infinito semper vita virtus, lo fibi iucundatis Domini contemplanda facultate præbereetur.

Beatus Macarius præclarus Homil. 10, anima sufficientia DEI faciem, ac alios ad denūlim amorem effectus existens, dicens: *Hujusmodi anima, quia tam ardens & infatigabilis dilectione flagrant erga Dominum, digna sunt vita eterna, accepitque perfectam illuminationem & participationem sancti & carissimi Spiritus, ac mystica societas in plenitudine gratia.*

Et paulò infra: *Porr[oc]anima, qua DEUM vesci, Christum colit, etiam si infinita justitia opera ediderit, ita se habet, perinde ac simile ergo est, proper inexplibile desiderium quod habet erga Dominum;* quia licet Iesu sit virgilio corpus consumpsit, ita affectu est, ac si nondum quidquam agere capisset, quod ad virtutes pertineat. Et si Maria Spiritus charismata, ac revelationes ac mysteria celestia consequitur, proper immensam & infatigabilem dilectionem erga Dominum ita se gerit apud se, ac si nobis adhuc obtemperet, sed quotidie ejusmodi & sicut per fidem & charitatem perseverans in oratione, immotus ad uiriliter gratia, & ad omnium virtutum gradus aspirat, calefacit Spiritus amore vulnerata, ardenti desiderio erga propria colestant, per gratiam, qua prædicta est, agitata, & desiderans habere perficie mysticam & arcuam cum co-societatem in sanctificatione sp[iritus] ritus, revelata anima facie, fixa semper oculis intuens propria colestem facie ad faciem, beneficio spirituali & ineffabile lumini in eo per dulcedinem fidei plene demissa, configurata morti ipsius pro summo desiderio, quo perpetuo sperat pro Christo mortem oppere; confidens sine dubio, per gratiam spiritus se plene liberatam iri a peccato & tenebris affectionum; ut purificata per Spiritum, & anima & corpore sanctificata, vas parvum evadere mereatur ad suscipiendam celestem unitatem, in qua manere dignetur coelestis ac rectus Rex Christus.

Deo

Legend,
not. Lu-
dovici à
S. Teresii
Tract.
Theolog.
de uocis
animæ
cum Deo
gut. 12
& Ioseph
à Jefra-
Maria
Tun. 2.
Alessi.
animæ
ad Dei
lib.

Demum ipse quoque Macarius Homil. 4. in eodem proposito loquens, ita scribit: *Si ergo carnalis dilectio sic hominem solvit ab omni alio amore, quantum magis solventur ab omni dilectione mundi, quicunque digni habiti sunt us sancti, celestis & semper amandissimus Spiritus vere participes fuerint, & cuncta viaduktur eum inutilia, propterea quia vici sunt a desiderio celesti, & in ipso casu Spiritui illi uniti. Namque illi sunt desiderant & cogitantes, illic vivunt, illic cogitationes inambulam, ibi mens assidue versatur, divino & celesti amore atque desiderio spiritali superata.*

Ita vero divinus amor, quo anima omnino videtur accessa, non est impetuolus, violentus, aut valde fervidus, sicut in inicio esse solebat; sed potius est omnino serenus, quietus & putus, ad instar olearum, in qua antequam perfecte decoquatur cibis, ita fervor, ut exterius effundatur, facta vero cibi decoctione, interior calor quiescit. Præterea, quod flumen est profundus, eò aquæ exterius apparent magis serena & tranquilla: ita quidem quanto divinus amor maiores & profundiores immisit in anima radices, eò exterius magis tranquillus appetet.

Quartus effectus, Ineffabilis suavitas.

§. 5.

LUCEM & claritatem illam immensam, amonit. **U**tem animæ incomprehensibilem, de quibus dovinci a superiori aliquia prenotavimus, quædam quasi beatifica fructus (qui est quartus hujus divinae Unionis fructus) consequitur. Hæc autem fructus tam immensa est, quod per eam felicitas anima absorbetur in quamdam intencionem & ingenientem sui absorpcionem, in qua experitur æternæ dulcedinis saporem, ac ibi summo bono intimè conjuncta, experimento ipso agnoscit quoniam suavis est Dominus. Ad summam enim cum hic pertingerit anima cum DEO coniunctionem, ac amantis cum amato deosculacionem, necesse est ut summum etiam gaudium experietur. Hæc enim summæ dulcedinis perceptio, effectus est coniunctionis rei amatae cum amato; & quod intiomac ac immediatior fuerit connexio ac unio, eò magis gaudium accrescit. Gaudient cœli animæ jutorum, quia ista cum DEO summo bono coniunctione fruuntur: gaudient etiam in terris animæ perfectorum, quibus ista felicissima cum DEO unio ac transformatione contingere solet.

Hanc anima DEO unita jocunditatem & exultationem multis verbis exponit Isaías cap. 35. scissa sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine: id est, torrente voluptatis divinae potabit eos Dominus. Et infra: *Et latitiam sempiternam super caput eorum, & gaudium, & latitiam obvirebunt. Idem cap. 58. Et cibabo te barathrate, & aob patre tuu, id est, pervenies ad terram promissionis fluentem lac & mel, quod verè denotat ingentem lexit & consolationis abundantiam. Demum cap. 65. Ego creo salos novos, & terram novam, id est, pro his qui ardenter amio mihi fuerint conjuncti, novum cœlum, id est, novum vivendi modum adinstar coelestis gloriae, eis liberalissima manu concedam; ita ut, sicut beatissimi illi pictus DEUM videntes immensa luce, ardentissimo amore ac ineffabili gaudio frumentur sita & hi, licet non ita plenè, perpetua lexit, inextinguibili vertutatis splendore ac Seraphico amore etiam in hac peregrinatione afficiantur.*

Et quidem anima in DEUM per hanc aream unionem immersa atque absorpta, ultrò citetur hojas troque in Divinitate enata videatur, abundat admiratione ineffabili gaudio, quod etiam copiore redundat in corpus; jamque illa in hoc exilio constituta diu quamvitam æternam incipit degustare, ac suo modo litas ac Beatorum douibus indui, ut præclarè Cassianus proprium in hac vita, quantum ad gaudium & latitudinem quibus in hac peregrinatione fruuntur, illis ecclesiæbus substantiis comparat, quorum status nihil aliud est quam perpetua jogisque latitia. Quid enim, inquit, tam proprium vera beatitudinem, tamque conveniens, quam tranquillitas jugis & gaudium sempiternum? Et ut hoc ipsum quod dicimus, stetisse, non mea conjectura, sed ipsius Domini auctoritate certius instruaris. audi eum, qualitatem & statum regni illius apertissime describentem. Ecce, inquit, ego *Isa. 65.* creo novos cœlos, & terram novam, & non erunt in memoria priora, neque ascendunt super cor, sed gaudibus & exultabitis usque in sempiternum in his que ego creo. Et rursus: *Gaudium & latitudo invenientur in ea, gratiarum actio, & vox laudis; & erit mensis ex menie, & Sabbathum ex Sabato. Et iterum: Gaudium *Ibid.* & latitudo obvirebunt fugiet dolor & gemitus. Et si adhuc clarioris de illa conversatione & civitate Sanctorum vultu agnosceret, attendite qua ad ipsam ferualem voce Domini diriguntur: *Ei ponam inquit, visitationem tuam pacem, & prepositos tuos iustitiam;* non audierit ultra iniquitas in terra tua, vagitus & contrito interminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit ibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec plendor Luna illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & DEUS tuus in gloriam tuam. Non occidet ultra Sol tuus, & Luna tua non minuetur: sed erit Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies laetus tui. Hæc Cassianus.*

Hæc est illa dulcedo inexplicabilis & mira suavitatis spiritus, quam expertus S. Augustinus sepe asserti esse principium futurae arcanæque beatitudinis, ad cuius gustum quomodo cum matre pervenerit, lib. 9. Confess. cap. 10. sic exponit: *Dicbam vero: Si cui silentum sumulcum carnu, silentphantasia terra, & aquarum, & aeru, silent & poli, & ipsa sibi anima silent, & tractat se, non se cogitando, silent somnia & imaginaria revelationes, omnis lingua, & omne signum, & quidquid transfundit se, si cui silent omnia, &c. Loquatur per se solus, qui fecit ea, non per ea, sed per seipsum, ut audiamus verbum ejus non per linguam carni, neque per vocem Angeli, neque per sonitum nubis, neque per enigma similitudinis; sed ipsum quem in his amamus, ipsum sine his audiamus: sicut nunc extendimus nos, & rapida cogitatione attingimus aternam Sapientiam super omnia manentem, si continuetur hoc, & subtrahantur alia visiones longe impiorum generis, & hæc una rapiat, & absorbeat, & recordat in interiora gaudia spectatorum suum, ut talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiae cui suffiravimus; nonne hoc est, Intra in gaudium Domini tui?*

Hujus summae delectationis, quæ ex amoro unione animæ cum DEO resulat, cum rationem reddit Gerlon Tam. 3. de Mystica Theol. practica, Consid. 42. Quia cum res qualibet sit satiata & in quiete, tunc perfectionem suam adepta videtur; & cum spiritus noster in hac mystica unione conjungatur summo perfecibili, nempe DEO, per amorem perfectum, necesse est, ut ibi quietetur, quietetur, & stabilitur; sic materia in forma habita, sic lapsi in centro positus,

suum, sic res qualibet in adepro sine suo quietatur. Anima quippe rationalis dum conjungitur & unitur DEO, copulatur suo summo bono. Est enim DEUS summum bonum ejus, est centrum ejus, finis, totaque ipsius perfeccio. quid ergo aliud ipsa requireret? aut ad quid aliud ulterius habaret?

Triplex
anima in
Deum
tenden-
tia.

Porr̄d in ipsa anima considera tres tendentias principales proportionabiliter ad triplicem vim ejus, sive potentiam. Quarum una est concupisibilis, alia rationalis, tercia irascibilis nominatur. Concupisibilis tendit in bonum, rationalis in verum, irascibilis in arduum. Sic anima per haec vires tendentiam habet in benedictam & sanctam Trinitatem. Nam rurum quia ad eam & ejus similitudinem facta est, ejusque imago constituta.

Atribuimus itaque Spiritui sancto bonitatem, & ad hanc tendit via concupisibilis; attribuimus Filio reverentiam, & ad hanc tendit via rationalis; attribuimus Patri potentiam, maiestatem, & gloriam, & ad hoc tendit via irascibilis. Oportet igitur ut huic viribus statim per coniunctionem cuiuslibet cum suo supremo appetibili, anima rationali vel alteri satetur, quietatur, & stabilitur: nam si delectatio in bono convenienter, & voluptatis suavitate quaritur, quid de anima voluptate (beata maxime) sentiendum est? Audiamus quid Prophetæ dicit ad Dominum: Torrente voluptatis tua potabis eos, &c. DEUS ergo finis est uina, & ultima ejus perfectionis; ipse est velut centrum & locus naturalis omnium desideriorum suorum. Dum ergo in se deficit anima in salutare DEI velut ad nubilum redacta, nullam alteri, nec sibi metu innititur, sed soli DEO ut sua dulcedini, ut sua veritati, ut sua glorificatione, dicens pro primo: Renuit consolari anima mea, memor fui DEI, & delectatus sum. Dicens pro secundo: Nihil arbitratu sum me scire nisi IESUM Christum, factu stultus propter ipsum. Dicens pro tertio: Utinam qui gloriatur, in Domino gloriatur! Ac proinde non habens quid plerius tendat, aut quid ultra requirat, quietatur anima in DEO, atque stabilitur, possidens in eo omnia, ceteraque consenitens atque parvipendens.

Hæc Gerson.

Denum, hujus delectationis immensitas ex hac quoque similitudine probati potest. Si sensus naturales & imperfecti, tua oblatione sapientia homines trahunt & rapiunt usque ad mentis excellsum, absorbentes rationis uolum, & hoc ex apprehensione objectorum imperfectorum; quis existimare dignè poterit, quanta sit illa delectatio, & quantus torrens divinae voluntatis, dum perfectissima potentia suo perfectissimo objecto coniungetur & unietur?

Quintus effectus, Pax exuperans omnem sensum.

§. 6.

AMORIS & gaudii, pax, animi tranquillitas & quietus, effectus esse solent certissimi & evidentes. Animæ igitur acutissimo amoris vinculo Deo conjugata, ac de uberrimo illo suavitatis fonte haurient Iaia cap. 60. pacem prædicti, inquiens: Et ponam visitationem tuam pacem. Et cap. 58. non solum pacem in præfixum tempus, sed tempiter nam annuntiat: Et requiem dabit tibi Dominus semper. Nec perpetuam tantum, sed & abundantissimam Psalmista Psal. 118. offert: Pax multa diligenter legem tuam.

Pacis
hujus ef-

De hac pacis ubertate eruditus Richardus (ut solet) in illa verba Psal. 4. In pace in idipsum dor-

miam, & requiescam, ita scribit: Pace suauitate verae secundum mens humana perficitur, quando in id quod de recentia dulcedine tenit, tota resolvitur. Et intrat tenuis illa pax, in qua anima obdormit, pax, quamensem ad interiora rapit, pax, qua exercitorum omnium memoriam intercipit, que ingenij acumen exuperat, que rationis lumen reverberat, que desiderium corda ripplet, qua omnem intellectum absorbet.

S. Joannes Climacus Grad. 29. de Tranquillitate animæ: Ille propriæ tranquillitatis est, qui carnem quidem omni corruptioni labo purgavit, mente vero super creaturam omnem elevans, omnes illi subiecti sensus, atque vultus Domini animam sistens, supra viuum suarum modum in illum se semper extendit. Hanc igitur pacem & tranquillitatem hæc Uimento infert, tanquam sanè, quam nemo explicare sufficit; quia anima tunc in centro suo ponitur, ubi intime loportatur, atque omnium desideriorum suorum latitudinem consequitur.

Sextus effectus, Virtutum omnium ornatus.

§. 7.

SEXTUS & uberrimus hujus unionis fructus, est In quo omnium virtutum splendor & ornatus, quas confitit DEUS in supremo gradu animæ ejus sponsa dilectio. Etissimum infundere solet: quem quidem pulcher, ueratim virtutum ornatum Iaia variis delicitus ornatus, dicendi modis cap. 35. Et quia erat arida, erit in flumen, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, oritur viror calami, & junci, & erit ibi semita & via, & via sancta uocabitur. Quasi clarissimus innuens, animam prius sterilem & aridam, in virtutum exercitatione furuit, quasi hortum irriguum, & omnem florum quam arborum varietate & abundante ornamentum, id est, virtutum omnium & gratiarum plenitude affluentem; in eaque, in qua ante quasi in cubili dracones, id est, via live inordinate affectiones habitabant, deinceps orietur viror calami & junci, hoc est, omnium virtutum & gratiarum decor & pulchritudo; ac demum via ante alpem & obliquæ, à recta rationis regula aberrantes, via sancta & recta, per quam bestia mala, id est, vitium, non ascendere, vocabitur. Idem ferè sub horti irrigui comparatione, in qua varie & pulcherrime arbores floresque amoenissimi, id est omnium virtutum genera producuntur, idem Iaia significavit.

Sunt autem hujusmodi virtutes quæ à DEO infunduntur, non vulgares, neque communes omnibus iustis, sed potius illæ, quæ ob examen earum pulchritudinem & nobilitatem, à præstatissimis Philosophis & Theologis purgati animi purgari nuncupatae. Sunt enim virtutes (ut inquit anno D. Thomas 1.2. q. 61. art. 5.) jam asequentum divinam similitudinem, & ob eas causam vocantur virtutes purgati animi, ita ut Prudentia sola divisa intueatur, Temperantia terrenas cupiditates nesciat, Fortitudo passiones signores, Justitia cum divina mente perpetuo fidere solet eam imitando. Quæ quidem virtutes dicimus esse Beatorum, vel aliquorum in hac vita perfectissimorum. Hæc D. Thomas. Quare Quæ idem Angelicus Doctor virtutes purgati animi exdem divinas appellat, quia sunt eorum, qui jam divinam divinam similitudinem sunt assecuti. Phocinus vero Philosophus apud Macrobius prædictas virtutes purgati animi ideo vocat, quia sunt jam defecati ani-

mi ab omni huius mundi astigmine presè pure-
que deretsi.

Quando igitur virtutes sunt perfectiores in his,
qui communio sacerdote sive amore DEO sociantur,
tanto magis peccati & passionum somitem extin-
guunt, veramq; & omnimodam s; ipsorum mor-
tificationem inducent. Quate spiritus isti ath-
letae lepros & naturam suam funditus mortifi-
cant, ardenter arque subtiliter & erat veritati se
applicant, natura sua cunctisque labentibus crea-
turus virili renuntiant, tanta que cum si eni a-
te DEO uniuersit, ut per consummam abstracionem,
per servidas orationes ac laetam tendentia
desideria, Divinitatis amore carinem & languine,
os illaque medullam penè contemplerint, ita ut
neque aliquid eis virtutis supereesse videatur, nisi
quantum spiritus vivacias subministrat; languis-
centis ipsorum divini amoris incendio velut deco-
& oss & exsiccatus est. Hi plene DEO omnino
reignant ac obtulerunt, ita ut nihil aliud jam
deindecent, nisi ut in omnibus divina voluntas, ac
DEI honor & gloria perficiantur. Unde quidquid
ille vel cum eis, vel cum aliis quibuslibet creaturis
agit, abunde eis gratum est: adeo ut sive der, sive
auferat, nihil moventur penitus, nec quidquam
sibi ex omnibus usurpat. Quidquid enim Deus
agit, adeo ipsis pre amoris ardore vehementia, ut
nihil aliud optare possint, hoc ipsum undequaque
optimum esse in animam indantes. Ad haec,
bianda magis quam apera fugiant. Haec est au-
tem perfectissima passionum omnium mortifica-
tio, quam praesignificavit Isaia cap. 53, illis verbis:
Non erit ibi leo, & male bestia non ascendet per eam.
& cap. 60. Non audetur ultra iniquitas in terra tua,
vastitas & contritus in terminis tuis. Quasi clarius
dicat, quod immoderate passiones, que nomine
leonis & male bestiarum denotantur, non amplius
occupabunt animam mortis, neque dominabuntur
super ea. Et quia perenni pace à Domino visitatur,
naturam neque iniquitas, neque vastitas, aut prava-
tum affectionum constituit, quod totum animam re-
gnum perturbare solent, audiuntur in ea.

Quare necesse est, ut ad tantum virtutum
amplitudinem & perfectionem ita haec, que per-
fectissimorum sunt, consequantur: nempe, pe-
ccatis recessus à malo, perfectus progressus in bo-
num, perfectus status in optimo; ut pulchre doc-
et D. Bonaventura Tom. I. in Tract. de Beatitudi-
nibus. Neque ob id censendi sunt, qui eosique
perveneant, impalpibiles, & omnis humana per-
turbationis & affectionis expertes evadere; ut o-
lim quidam Scriptores, inani perfectionis studio
duci, in eum errorem prolapso sunt, quem S. Hie-
ronymus in Epist. ad Ctesiphontem tribuit Origeni,
Evagrii, Ruffino, & aliis.

Septimus effectus, Vera Christi imitatione.

§. 8.

PURÆ animæ, que ad purissimos & delectabili-
bus sponsi amplexus pervenerunt, omni cona-
tu student, ut Christi vitam, passionem, virtutes
quoque imitentur, ac pro ejus amore quascumque
tribulationes & adversitates libenter susti-
neantur, quippe est pro amato & magna fa-
cere, & adversa preferre: nec potest anima tribu-
lationem & crux non amare, que cupit Christo
Domino vero ejus sponso conformari.

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

Paulus post captum in paradisum, in tribula-
tionibus & Christi cruce libentius quam in reverebus po-
litionibus acceptis glorificabatur. Unde nihil aliud risum
apparet quam Christi imaginem & exempla in Paulus
omnibus lectari, eique fieri conformes in omni glori-
pressura, ignominia, & afflictione inutus & fortis, batur.
omnique pro rō solatio destituti ac decelicti esse,
recognitantes affidit ineffabilem illam angustiam
ac derelictionem spiritus Domini nostri JESU
Christi, cum ille nudo ab omni solatio amore, ad-
versus naturam colluctando sudore emisit san-
guineum, & gloriosum ex durissimo certamine
illo pro nostra omnium salute triumphum repor-
tavit: quomodo item in maxima astringitur to-
tus undique in cruce derelictus pendit.

Hoc pāto omne fundamentum suum in fide
nudo amore exornata, in veraque sua voluntatis
resignatione collocarunt; si que sapientis, ut DEUS
sua ab eis excellencia dona afferens, in tanta eos
paupertate reliquit, ut putares eos nihil um-
quam de DEO percepisse; similique gravissimas
supra omnem humanum intellectum tentationes
eis evenire permittit, ita quod ab omnibus despici-
antur ac perfectionem sustineant. Ceterum, ip-
si in his humiles semper ac resignati perseverant,
omnique sibi confusione ac oppressione digni vi-
dentur: unde nec umquam rot eis possunt aduersa
contingere, quin plura semper exoptent. Nec e-
nim illa eos sollicitudo teneri, nisi quod metuntur,
non ita perfecte atque vellent Christi te exempla
secessi.

Præterea, ex divina illuminatione facile quic-
buscumque sint vitiis irremi perspicunt. Deinde,
quanti peccatis bona hominum pars obnoxia
sunt, opime cognoscunt, & eis vehementissime
compatiuntur, ita ut nonnumquam corporis inde-
incurrant regreditur; hac enim major ipsorum
crux est, quam ad mortem usque ad Christi
Dominum imitatione ferre coguntur. Tanto si-
quidem tamque ineffabilis divinitatis amore fe-
runtur, ut soli libenter omnes Purgatorii excep-
tent penas, si miseras in eo detentis animabus ab-
solutionem impetrare possent: adeoque Salvatori
passione commoventur, ut afflictionem si-
stant, & turpisimam que excogitati posuit mor-
tem, ad mortis illius honorem libentissime paten-
terunt, si peccatores quoque à peccatis ipsorum
eripere possent, idque ob divini judicis, quem non
ignorant, metuendissimum rigorem: ita cum o-
mnis ingeni complectantur dilectione, si DEO
ita visum fore, libenter ipsum quoque infernum
subirent, ut omnes quanto sit in DEO beatitudo
arque letitia compertum arque exploratum habe-
re possent.

Denique, nemo ipsis nisi solus DEUS scipio. Quantu-
m consolari potest, adeoque in Christo si mati sunt hujus
arque fundati, ut nec mille mortes ab ipso eos va-
status a-
leant separare: unde & tanto eos amore prosequi-
tur, ut si unus ex eis pro aliquo ipsum negotio de-
leant
precarietur, & mille alii etiam boni homines con-
trarium peterent, ab hoc uno ciuius arque liben-
tius le patetur exorari. Sed hi tales, pro dolo!

Dicuntur paucissimi sunt; & tamen quantumlibet rati sunt,
Christianitatis columnæ sunt, quibus ea
innititur arque fulcitur.

*Othrys effectus, Contempsum rerum
humanarum.*

§. 9.

Quam procul sit à rebus humanis de qua
mundi sunt anima, que dulcissimum sponsi
oculum deglavit, confirmata Iaia illis verbis
capite 58. *Sustollam te super altitudines terra.* Per
hancverò altitudinem S. Gregorius omnia illa
terrena locura, que homines magna reputant, in-
telligi libro 3*i.* *Mural.* cap. 3*a.* dum inquit: *Hoc*
namque esse speciale Elæclorum, quod si sciunt pra-
sentis vita steri capere, ut per ipsi certitudinem noverint
jam se ad alia perseverisse, quatenus cuncta que præter-
fluit, sub se esse videant; at quo omne quod in hoc
mundo eminet, amore eternitatis calcant. *Hic est enim*
quod sequentis se anima per Prophetam Dominus dicit:
Sustollam te super altitudines terra. *Quasi quedam*
*namque inferiora terra sunt in anno, contumelia, ege-
stas, afflictio,* que ipsi quoque amatores facili, dum
per lera via plantis ambulant, vitando calorem non
cessant. *Altitudines autem terra sunt lucrum rerum,*
*blandimenta abditorum, divisiarum abundantia, ho-
nor & sublimitas dignitatum;* que qui per ima adhuc
desideria incedit, eo ipso alta aspernit, quo magna pa-
rat. At si semel cor in celestibus figuratur, mox quam ab-
jecta sine cernuntur, que alta vidabantur. *Hac Gre-*
gorius,

Quæna
sunt infe-
riora, &
quænam
terræ al-
titudi-
nes.

Consonat Macarius Homil. 4. dicens: *Animam enim, que ab summum desiderium & expectationem, fidem atque dilectionem digna fecit habita, quae resistat illam superioram virtutem (nempe caelestem spiritualis dilectionem) & qua colliguntur immortalis vita fuerit adepta, ab omni dilectione hujus mundi revertitur solvit, & ab omni laqueo nequitur liberatur.* Quemadmodum enim ferro, plumbo, auro vel argento in ignem confectis resolvitur eorum dura natura, & in molliorem mutatur, quantoque diutius in igne permanestrunt, tanto magis solvantur & mutantur a sua natura, ut durite per virutem ignis calidam; sic & anima, quam abrenuantur a vita, solum Dominum desiderans omnem anima per vestigatione, studio, arque contentione, & ex fide ac ipsa sua expectationem indiscientem in illum contulerit, illum ignem caelestem divini atque spiritualis amoris conscientia, cum vero a mundo exsolvit, & ab omnibus vitio affectionum liberatur, & cuncta procul a se repellit, mutato naturali ipsius habitu atque peccati duritate, reliqua omnia pro superius habens, in solo Iesu caelesti, quem recipit, quesetens per ardenter & inenarrabilem ipsius dilectionem. Hec Macarius, qui eadem Homilia hunc rerum humanarum despectum alia comparatio-
ne explicat, dicens: *Si ergo carnalium dilectionis spiritus hominem solvit ab omni alio amore, quantum magis solven- tur ab omnibz dilectione mundi, quicumque digni habiti sunt, us sancti, caelestis ac semper amandissimus Spir-
itus vere particeps fierent, & cuncta videbuntur ei inutilia, propria sed quia vesti sunt a desiderio caelesti, & in ipso casu Spiritui illi uniti: nam quae illi sunt desiderant & cogitant, illic vivunt, illie cogitationes inambulant, sed mens assidue versatur, di-
vino & caelesti amore atque desiderio spirituali superata.* Hec illa.

**Sublimis
harm
anima
rum sta
tus indi
catur.**

Nec solum super terrena & mundana lucra sūstolluntur à DĘO, sed etiam supra omnes curas, supra omnem perturbationem, supra mortis metum, & omnia quæ animæ vel corpori accidere possunt, tranquilla mentis libertate elevantur. Neque frequentia hominum, neque occupationes,

externa eis praesentiam DEI praesipiunt; quia ipsi in omni multiplicitate unitatem spiritus fervore norunt, stabili essentialique introversione donati. Ex omnibus que visu vel auditu percipiunt, certim in DEUM diriguntur, & concta ei quodammodo vertuntur in DEUM (in talibus est fas) cum in omnibus nihil in ente & amore prosequantur nisi DEUM; quemadmodum experientia quotidiana discimus, eos, qui aliquando in Solis sphera obiutus defuerint, in omnibus que deinde aspiciunt, quandam Solis speciem videre. Hi cum intus circa ea que DEI sunt, jugiter occupentur, Deoque adhaerent, fortis videtur veluti ex cœlo, audiendo fundi, & loquendo mon permanent: supernaturalem & Angelicam vitam in eternum dicunt, ob idque terrestres angelos vocari possunt. Unde huiusmodi rati ac sanctissimi viri mundo huic prolixi mortui sunt, & scriptor ac creata omnia penitus dereliquerunt, nec lepros, nec aliquid suum usquam habere, velin futuro seculo inquirunt, sed omni privato commodo cunctaque labenibus creaturis strenue renuntiantur, soli DEO adhaerent.

*Nonus effectus, Perfecta mandatorum DEI
& Ecclesia adimplecio.*

S. 10.

ANDOR quidem perfecta charitatem non solum virtutes ipsas ad supremum gaudium perducit, sed & ad exequenda divina mandata, proprii instituti Regulas, & Ecclesiæ etiam minimas ceremonias te accingit. Reverens Moyses de monte, Exod. 32. tabulæ præceptorum DEI propria manus scripsit ad populum derulit. Tabulae quidem sunt cordis iustitiae, quos cum DEIUS ad hunc altissimum unionis monitione admittit, non iam hominum industria, sed digno DEI, ipsius mandatorum obseruatorum exaratur. Superioribus in omnibus humilietur subdatur, Ecclesiæ cuiam mandata & ritus magni faciunt: neque enim liberis ratione hujus unionis divina à præceptorum aut Superiorum obedientia reputant, ut quidam tam præterit seculi, quam antiqui zevi heretici temere affirmarunt.

*Decimus effectus, Mirabilis corporis
transmutatio.*

S. XI.

SPIRITUS Itaque DEO assimilatus & unitus, Legenda
præterea qualificatus & affectus per divinum de par-
amorem, qualificat (ut præclarè Gerlon philo- dicitis
phatur) etiam & afficit consequenter corpus pro fructu
prium, tamquam suum formabilem seu materiale, minima
per redundantiam spiritus ad corpus; unde fit ut effectu
corpus sic habituatum, induat & gerat quadam horum
conditiones & proprietates ipsius spiritus. Inde Galilaeus
est quod Aristoteles dixit: *In virtuoso omnia conso- supradicta
ntrationes.* Sic ergo spiritus noster tractus ad Deo, quidam
trahit consequenter ea que corporis sunt, ac pro- fulmis &
fnde resultat unio mirabilis spiritus ad DEUM, & encloses
corporis ad spiritum, rius de

corporis ad spiritum.
Legimus, Moysem, postquam locutus fuerat
ei Dominus in montis caligine, quod ad populi
tumultuanis regionem descendebat, facies
eius radiofa cornutaque videbatur. Etenim sicut
lampa ex lumine, sic corpus totum ex interna
corona.

g. Castell. contemplatione elucescit, pulchritudinatur & nite-
scit: hinc vultus, hinc oculi, hinc rotis corporis
compositio divinum aliquid, soberum, mode-
stum, seruum & decorum praeferunt; sed ut al-
ter Moyles, vel ant faciem hanc humiles, dicentes:
& B.P.
Secretum meum mihi.

Nec solum corpus ex redundantia scitius his
qualitatibus afficitur, sed ad instar ipsius spiritus
mira agilitate tunc aliquo sublevatur; pon-
do, lau-
dati Au-
thores.
Sicut DEI fons, pug-
nans, fortis vires
& loquendo mundi
Angelorum vita
victoriam angelorum vocalis
ac sanctissimis vir-
tutis, & sepius ac-
runt, nec negligit
el in futuro tecum
ommodo condic-
tus remunimur,
datus DEI.
corporis
caritatis non so-
num gaudium per-
amanda, pro-
te etiam minus
Moyles de mon-
sterio DEI propria-
lit. Tabula quin-
tus cuius DEL ad
administrum, non
pro DEI ipsas
Superioribus
Ecclie etiam
deinde enim fel-
line a praecep-
reparant, ut quan-
tumque asyli
at & uniu-
sus per divinitatem
Gloria philo-
sophi
ter corporis pro-
tum
seu materialis
autem
undebit
etiam
gerat qualidam
spiritus. Inde
et omnia con-
tractus a Deo
qui
sunt, ac pro-
ad DEUM, &
etiam
ocutas fuerit
modum ad populi
at, faciesque
Etenim fuit
etiam eximenter
collo.

ti, impotentia usus ac mortuorum ascensus, um-
& totius corporis rigor.

Et infra: Amplius quoniam amor ingreditur ubi
scientia permanes fuit, dum mens contemplacionis
mystice est intenta, inflammat & velut commotus &
irritato amore, incipit quodammodo ebullire ac super-
fervere, siveque violencia totum corpus concutere,
quod autem servat, quadam calore ac desiderio sui vio-
lentia exira se ipsum projectat, & supra se tollere,
quasi ibi esse dedicatur, unde vehementer se jactat
sic & monstrat fixa amori fervore, quasi extra cor-
pus saltare se minor, & usque in summum volare ni-
tetur. Hac ille.

Demum, pro coronide hujs tractatus de U-

nionis effectibus, addamus egecum D. Laurentii
Justiniani testimonian, quo conditiones ha-
bami nuptialis, in quo spirituale anima cum DEO
connubium celebratur, alioque mirabiles effec-
tus & affectus in lib. de Castro connubio cap. 25. his
verbis depinxit: Thalamus quidem nuptialis est, in
quo casta Verbi & anima connubia consummatur,
& tanquam in se proprio suaviter resida Sapien-
tia. In eum non audent adversari irrumperet propter
Angelorum custodiam vigilem. sponsi inhabitant,
velut a facie gladii fugient affectu. Ibi iuge celebratur
convivium, & virtutis sapientiae comedunt sagittatus.
Pax in illo gaudatur interna, secura tranquillitas,

Spiritu-
lis con-
nubii
animæ
cum Deo
effectus
& af-
fectus S.
Laut.
Justinia-
no expo-
nuntur.

tranquilla felicitas jacunditas magna, fides serena,

amabilis societas, oscula unitatis, contemplatio dele-

titus, suavitatis in spiritu sancto. Ibi calix iuria est &

paradisi porta. Sponsa frequenter de thalamo ascendit

in colum, de celo jugiter sponsa descendit in thala-
mum; non pavida, non de salute invicta ingreditur

sponsa in suorum mansione, sed tanquam in di-
lecti domum & in propriam possessionem. Ut enim il-

lam emerat, pendens sua, & tradidit igitur ut illam

lucraretur, pugnauit in tentationibus, pugnauit cum

spiritibus nequam, quotidique pugnat contra se; non

temerari, sed confidenter intrat in atria sponsi: nam

estis alii adveni illius sancte fuerit civitatu, nunc ye-
ro avu estis a esti Sandorum & sponsa Verbi, cuius

amoris privilegio omnia que sunt sponsi abentur. A-

mor quisque verus mihi privatum habet, nil pro prium,

sua quaque gratianae imprimis, ea quoque legi, ea

demque charitate, qua largitur propria, uitit alienis.

Ex amore ignis tuus exuberantia ranta est inter

Verbum & animam familiarias, locutionis fiducias,

glorie certudo, & conditionis consideratio. Num-

quam prasumit anima, quamvis munda, quamvis

santa, accedere ad Verbum, loqui illi, importunusque

precibus invincibilis vincere, si non intrometere a-

mori.

Et infra: Postquam fidelis anima connubij vinculo
Verbo sociata est, omnis timor causa sublata est. Innovata sunt signa, prodigia immutata & antiqua
restaurata miracula, dum Sapientia ex Altissimi ore

prodiciens in montibus saliens, collesque transfluentes,

humana illabitur menti, non trahit, sed iudicet
perpetua mortatura. Merito igitur pro tanto laude

connubij, observanda est dies & hora, quando Verbum

ingreditur in mentis thalamum, ut non cum sponsa

grata capiat secreta silentij. Clanculus quidem dif-

fundi sunt vernantes flores, convallium lilia, &

rofarum odoramenta, ut thalamus omnis suaviter
redoleat. Tunc Prophetarum cuneus sancto ferren-
tium Spiritu advocandus est, utrum cum Patribus

cunctis Testamento veteri, universi quoque novi Le-

gis Sancti, & principi Virgini sacrae numeri

rus invitandus est, ut consona modulatione epithala-

my hujus effrant praeconia. Ilsa etiam Angelorum &

Archangelorum ceterorumque spirituum beata agmina, necnon & cantatoris omnes acque cantatrices celestia Jerusalem & curie paradisi exhortandi sunt, stat ut ipsorum nullus remaneat, qui venerandi conubij non servet excubias. Resonentibz organa, & vox sambuca ac psalterij benesonantibus, sonus exultationis, jubilationis & laudis per universum audiatur orbem,

ascendens nubium altitudinem, transcendat altitudinem aures usque perveniat Domini exercituum, ilisque immensis referat gratiarum actiones pro tanti dignatione mysterij tamque exuberantis maior & gloria exigua est tanto respectu conubij. Hec ille.

QUARTA PARS.

*De Unione fruitiva reali & immediata anima cum Christo, preci-
puè in Venerabili Eucharistia & Sacramento.*

CAPUT XXVI.

*An in hac vita detur Unio fruitiva & im-
mediata anima cum Christo Domino,
& qualis illa sit?*

De Unione animæ immediata & fruitiva cum summo & invisibili DEO, in superioribus non pauca differimus; nunc de Unione animæ cum Christo Servatore nostro reali & fruitiva differamus oportet. Possumus in duplice sensu difficultatem propositam investigare. Primum, An dignè suscipientes Sacramentum Eucharistie, Christo immediata hac unione inharentur: de hac sequenti capite dicemus. Secundus, An extra Sacramentum possit in justis aliqua unio ita arcta aliquando contingere, ut realiter Christo ipso unitantur.

Primo certum est, de lege ordinaria non dari similem cum Christo unionem: quia cum Christus (ut fides Catholicæ docet) sit in celo, nisi iterum de celo descendat, ut anima unitatur, non videtur possibilis talis unio. An vero aliquando contigerit Christum Dominum de celo descendisse, vel ut loqueretur alicui, vel cum eo difficilissimo amoris vinculo immediate uniretur, nihil expressè ex Scriptura aut Patribus constat. Probabile tamen existimo, Christum pro Pauli conversione de celis ad terras descendisse, & forsitan tunc cum anima Pauli fuisse unitum. Docet D. Thomas 3. p. q. 57. art. 6. ad 3. Christum Servatorem nostrum tunc temporis pro conversione Pauli è celo ad terram venisse; & colligi non obscurè videtur ex Scriptura sacra. At 9. dixit Ananias Paulo: Dominus ⁷ESUS misit me, qui apparuit tibi in via. & ibidem dicitur, Barnabam introduxit Paulum ad Apostolos, & narrasse illis, quomodo vidi seruit in via Dominum. Deinde narrantur multæ aliae apparitiones apud Patres factæ à Christo Domino viris sanctis.

Probabilius tamen existimo, Christum Dominum post ejus ascensionem numquam de celis ad terram descendisse, neque umquam reliquum sedem celestem usque ad judicij diem. Hæc est communis Patrum sententia, qui unanimi consensu sentire videntur. JESUM Christum Redemptorem nostram, ex quo gloriosus celos ascendit, corporali specie in terram non descendisse. Quæ quidem veritas probatur. Primo, Quia sacra Scriptura & fides Catholicæ duplēcē tantum Christi Servatoris nostri adventum docent;

unum, quando homo factus est, ut nos à peccatis & demonis tyrannie eruerit; alium futurum gloriosum, cum ad judicandum descendet. Quod vero nequaquam sit ante illum deinceps descensus, evidenter patet ex verbis S. Petri ad. 3. dicens: ⁷EST UMBRA Christum, quem oportet quidem celum suscipere usque in tempora resurrectionis omnium. Super que verba dicit S. Joannes Chrysostomus Hom. 9. Necesse est usque ad tempora resurrectionis omnium, Christum in celo permaneti. Multa faciliè adducere in hujus veritatis confirmationem SS. Patrum testimonia, verantamen illi consulè omisisti, ne nimium prolixus sim in hoc breve Tractatu, ad potiora quorundam Auctorum fundamenta, quibus suam in hac re opinionem stabilitate conantur, descendam.

Et in primis apud Patres illad communis calculo receptum invenio, Redemptorem nostrum in terram non descendisse quando se facto a solo videndum prebuit, idemque sententiam esse de variis apparitionibus, in quibus se alii Sancti manifestasse dicuntur. Et quamquam Auctores sunt divisi & multiformes in explicanda vocatione S. Pauli, & Redemptoris nostri apparitione; omnes tamen uniformiter assertunt, Redemptorem nostrum non descendisse de celis, neque S. Paulum in hujusmodi apparitione eum oculis corporeis in terra vidisse.

Primo, S. Joannes Chrysostomus Tam. 3. De preferendis reprehensionibus, & conversione Anfianci Pauli, dicit, S. Apostolum minimè oculis aut corporeis Christum vidisse, propter ista verba: modus. Saulus, Saulus, quid me persequeris? Et paulo infra, re. Pauli presentans S. Paulum ex equo in terram prollata, appossum, ibique jacentem, dicit: Immobilis eris quidem tunc, & neque videre poteris persequentem. Et sicut Paulus non videt eum quem persequebatur, ita & illi non ridebant. Ex quibus verbis patet, S. Chrysostomum sentire, quod S. Paulus non viderit Christum alter, quam illi qui eum comitabantur.

Ejusdem quoque sententia est S. Bernardus Serm. 1. de Conversione S. Pauli, dum ait: Audibus Paulus vocem Domini, sed faciem Domini non videbat, quoniam erudithebatur ad fidem, & ut ipse posset docuit, fides ex auditu. Glossa interlineata una cum Nicolo Lyrano super 1. Corinth. 9. dicit, non posse colligi exullo loco literæ Scripturae, S. Paulum pro tunc DEUM vidisse. Hanc quoque tener sententiam S. Maximus Episcopus Taurinensis in Festo Sanctorum Petri & Pauli, per haec verba: illi namque de celo Dominus ait: Saulus, Saulus quid me persequeris? Et infra: Numquid nocere

mult?